

Wikenius,  
Sallust et  
histor. Iudaic.





act 1030.

ELLISES  
EX HISTORIA ISRAELIS  
ET  
ISRAELITARVM  
ANTE LEGEM SOLENNITER  
PROMVLGATAM

PRAESIDE

FRANCISCO WOKENIO  
S. THEOL. LICENT. ET S. ALIARVMQVE  
ORIENTAL. LINGVAR. PROF. PVBL.  
IN AVDITORIO MAIORI

HORIS CONSVETIS

D. XIV. Decembr. MDCCXXIX.

EIICIENDAS  
*συμφιλοσογύντων* IVDICIO

EXPONIT

IOAN. CHRISTOPH. REDDE  
LL. AA. M.  
IHLEBVRG-SAXO.

VITEMBERGÆ

LITERIS HEREDVM GERDESIANORVM.



1030



10  
GENEROSISSIMO AC PER-ILLVSTRI DOMINO  
DOMINO  
FRIDERICO AVGVSTO  
DE PLOTHO  
SAC. ROM. IMPERII  
ET IN  
ENGELMÜNSTER  
LIBERO BARONI,  
DYNASTAE CLIENTELARVM PAREY, ZERBEN,  
RESEN, RINGFVRTH, ET GÜTTER  
DOMINO  
IN  
IHLENBVRG,  
DOMINO MEO PERINDVLGENTI  
PRIMITIAS HASCE ACADEMICAS

HVMILLIME  
OFFERT AC DICAT  
M. IOAN. CHRISTOPH. REDDE  
OMNIAQVE SVMMAE FELICITATIS GENERA  
PIE SVBMSISSE QVE



**I**LLVSTRIS BARO, per cuius gloria stir-  
peni

Haud moritura unquam laurea ferta trahit:  
Sub cuius clypeo mea gens requiescit & um-  
bra,

Et TVA spem refovet Gratia tanta meam:  
Accipe nunc tenues has gratæ symbola men-  
tis,

Chartas; Ornentur, TV sine luce TVA.

Se TIBI Pierides istæ, patiare sacrarint,

Illis præsidium sis, honor, ara, decus.

Soletur Numen luctum, quem fata PAREN-  
TIS

Traxere, egregiis innumerisque bonis.

Affurgatque nouum felici sidere tempus,

Instans et TIBIMET lætior annus eat.

Hinc DEVS usque favens generosis ausibus  
adsit,

Atque ad Nestoreum tempora culmen agat.

Interea, quas trado TIBI, TVA gratia Musas

Vlterius foveat, mactet alatque meas.



**N**on falsa est O LAI BORRICHII observatio in *tr. de Caussis diversitatis lingvarum p. 31. sqq. ed. D. D. Iochii*, in primis quinque caussas lingvarum indolem mutare, nempe *bella, commercia, conjugia, migrationes & conversationes*: quod fuse & erudite ibi persequitur. Si ad Jacobum filiosque ejusdem respicimus: commercia, jam cum Philistæis, & Cananæis aliisve, jam cum Ægyptiis, conjugia etiam cum uxoribus, nunc Syris, nunc Cananæis, nunc Ægyptiis, nec non diutinæ migrationes, jam in Palæstinam, jam Mesopotamiam, jam Ægyptum, deinde etiam conversationes cum parentibus, vicinis, advenis aliquisque peregrinis, videri possent non levem sermoni mutationem intulisse. Taceo, quod posterorum Israëlis mira separatio ab omni hominum consortio, per quadraginta annos, et insecura cum variis bella, lingvæ aliquam mutationem afferre potuerint. An his in mutationibus Ellipſeos vitium aliquando S. lingvam invaserit, considerare, operæ erit pretium. Et quidem statim *Gen. XXVI. 12.* Ellipſes Jacobum a Patre addidicisse, videri posset. Vocibus וַיָּזֶה וַיִּזְחַק seminavit Isaac, affrictant Ellipſin semen. Judæis hic nec Ellipſis, nec difficultas visa est, quoties siccō hæc pede prætereunt. In RABBOT H b. l. alia potius, quam hæc tractantur, in primis excutitur, מֵאַת שָׁעָרִים מֵאַת כָּרוֹט quid sit, nempe: שָׁעָרִים מֵאַת שָׁעָרִים מֵאַת מִנְיָנִים מֵאַת שָׁעָרִים מֵלֵם. שָׁהָמִידוֹ אַתָּה וְעַשְׂתָּה מֵאַת כִּמְתַשׁ שְׁהָמִידָה Centum estimationes sunt centum Cori, centum estimationes sunt centum numerationes, centum estimationes indicant, quod frumentum fuerint mensi, & hoc confecerit centum mensuras, quibus illud mensu fuerint. De שָׁעָרִים conferri etiam poterunt Dn. M. DACHSELII *Biblia Accent. P. I. p. 187. sq.* Nec ONKELOS hic Ellipſin

A

lipſin



וָרֹעַ יִצְחָק בֶּאֱרֵא  
 & seminavit Isaac in terra ea. Nec ר' A.B. ESRA  
 & alii, Ellipticum sermonem hunc credunt. Et qui pos-  
 sent? Quid alias seminant agricolæ quam semen? An si  
 aliud quid seminassent, frumentum inde colligere & metiri  
 potuissent?

## GEN. XXVI. 22.

In verbis הרחיב יהוחה לנו Ellipsis querunt, cum  
 alii terminos, alii locum, supplent: Dominus dilatavit nobis termi-  
 nos vel locum. Sed nullum observo exemplum, in quo Hiph.  
 תְּחַבֵּת cum ל connexum, vel מִקְוֵת vel גְּבוּל adje-  
 stum habeat. Semper potius in tali constructione, nulla Ob-  
 jecti nobis dilatati fit mentio. Observandus igitur potius est ge-  
 nius S. Lingvæ, quam ut ad alias lingvas, additis Ellipsis, exige-  
 tur. Ita & Ps. III. 2. בָּצָר הַרְחַכָּת לְיַהֲוֵד, Prov. XVIII. 16. וְרֹחֵב לוֹ

## GEN. XXVII. 24.

Si quæ est Ellipsis periculosa: ea est, quæ textum in  
 plane contrarium mutat sensum. Talis est Ellipsis תְּהִלָּה Interrogativi. Hanc ARIAS, I. W. HILLIGERVS & multi  
 alii huic tribuunt loco, quasi legeretur: an tu es fi-  
 lius meus Esau? Hos omnes vero jam diu antevertit Textus  
 Samaritanus, qui expresse habet ﴿אַתָּה אַתָּה﴾ an tu es &c. quemadmo-  
 dum & versio Samaritana ﴿אַתָּה פָּרָעָה﴾, & LXX.  
 ut hodierna vult interpunctio. Sed sine interrogatione SYRVS:  
 أَنْتَ أَنْتَ إِسْرَائِيلْ Tu istu es, mi fili Esau. ARABS:  
 أَنْتَ أَنْتَ إِسْرَائِيلْ Tu es filius meus Esau. Et ne TARGVM quidem El-  
 lipsin hanc adhibuit, sed reddidit: אַתָּה בָּרוּ עַשׂ Tu hic  
 es, mi filii Esau. Sensu dubitante, sine Ellipsi, dicere potuit:  
 Tu es hic, o mi filii Esau! Miror sane, te esse. Magis hoc af-  
 fectui dubitantis convenit, quam interrogare eum, de quo  
 subdubitabat, anne fit impostor, & in cuius certo futura af-  
 firmatione, acquiescere vix ac ne vix quidem voluit.

## GEN.



GEN. XXVII. 31.

Supplere volunt, & hoc quidem ante vocem רְגֵן ut sit, & frumento & musto fulcivi ipsum. Latinæ constructionis analogia id videtur requirere. In Hebræo autem semel quidem Imper. Piel ea in constructione occurrit Cant. II. 5. In Kal vero nunquam. Posito itaque, תָּמַךְ per fulcivit h. l. verti debere; facilius tamen esset, afferere, h. l. Ablativum, sive בְ, ut alibi, occurrere, aut Verbum in Kal talem constructionem amare: quod & aliis Verbis solenne est. Alii quidem סִמְךָ vertent: *imposui ei frumentum & mustum*. Sed סִמְךָ in significatione *impositionis* cum עַל construitur, & cum Suffixum adest, in Accusativo debet verti e. gr. Jes. LXIII. 5. סִמְכָתָהו. Jes. LIX. 17. וִסְמְכָנִי Ps. III. 7. הַסְמְכָנִי Ps. LI. 14. Prior itaque observatio, quod in Kal בְ huic radici non adsit, & quod & alibi Ablativus sine בְ occurrat, sola constructione notandus, valebit. Conf. Ps. II. 12. Jes. IX. 13. &c.

GEN. XXVII. 45.

Quasi Isaacus plane familiariter Ellipsis suis usus, etiam h. l. Ellipsis in latere dicitur, h. f. *mittam nuncium*. Quasi vero nil nisi nuncius mitti posset. Josephus Jacobo mittit currus c. XL. 27. Jeremias mittit epistolam Jer. XXIX. 1. Generalitas itaque potior est, quod sive currum, sive nuncios, sive tantum litteras mittere velit, non propriis nunciis, sed aliis eo diuertentibus, latoribus: quod Jacobo haec tenus idem esse poterat, qui spe redditus tantum ut cunque erigendus videbatur.

GEN. XXVIII. 19.

Jacob patrios quidem reliquit lares; sed patrium (ut videri posset) morem per Ellipses loquendi, non reliquisse, a quibusdam censetur. Ad vocem לְרֹאשׁוֹנָה Ellipsis פָּעַם addunt, h. f. *prima voce*. Sed non tantum hic ea valent, quæ de hac Ellipse ad Gen. XIII. 4. dixi; verum & hoc loco alienissima fore ea Ellipsis, cum constans antea & a mul-

tis retro temporibus continuata consuetudo<sup>1</sup>, locum alio nomine appellandi, quam quo noviter ipsum jam Jacob<sup>b</sup> insignit, non possit vice una & prima adhibita, dici.

GEN. XXX. 27.

Laban, etiam sibi Ellipsis usitatam esse, testari, creditur. Ellipsis quidem integri membra hic se invenisse, opinatur B. GLASSIVS, cum verbum **בְּעִנְךָ מֵצָאתִי** חַן Antecedens constituere, visa sunt ipsi, ubi Consequens suppleri debeat, h. m. *si gratiam inveni in oculis tuis: mittamus haec, vel, maneas mecum.* Cl. CLERICVS in b. l. p. 199. admodum urget Ellipsis: *audi me*, quia alias hiulca esset oratio, & addit: *Int. LXX. Vulgatus, aliisque, quibus in animum non venit, hic esse Ellipsis, aut vim verbis Mosis intulerunt, aut translationes sine sensu ediderunt.* Vere LXX. Viri contra Accentus vertunt & plus tribuunt, quam Athnacho, post διωνισάμην ἀν Colon ponendo, & ante modo *Comma*. VULGATVS Parenthesin addendo & in v. sq. וַיֹּאמֶר omittendo, placere non potest; uti nec PAGNINVS. Nec tamen quicquam me ad Ellipsis compellit. Sensus non est hiulcus sine Ellipsi, sed cum Ellipsi, quia, inserto integro membro, ante נְחַשְׁתִּי requireretur vel aliud sermonis vinculum, יְאָמַר vero v. sq. Pleonasimus foret. Sensus mihi est: *Si gratiam inveni apud te: tunc auguror, etiam Deus mihi benedicet propter Te.* h. e. Si retinere te potero: non vanus augur sum, quod certo (notante hoc Præterito) mihi ob te benedicturus sit Deus: ex priori enim benedictione, qua haetenus frui potui, hoc conjicio. Bene sic cohæret v. sq. *Ideo dixit Laban &c.* Evitare etiam quis, hac via, Ellipsis posset, si dicearet, h. l. ut alibi etiam, אָנָה esse simplex interrogativum, hoc sensu: *Num quæso inveni gratiam apud te? Diu jam conjecti, quod propter te Deus mihi benedicat.* Sed prius simplicius mihi quidem habetur.

GEN. XXX. 30.

Jacob in familia Labani diu versatus, vel a patre acceptum,



ptum, vel in Mesopotamia demum adscitum, per Ellipses loquendi genus & h. l. adhibuisse, videtur, quasi vox אַעֲשֵׂנִי vocem מְלָאכָה requireret: *faciam opus domus meae.* CLERICVS Comm. h. l. supplet: *aliquid.* Idem GALLVS amat: *Et maintenant, quand ferai - je aussi quelque chose pour ma maison?* Abhorret vero ab hac Ellipsi Cl. MARTIN in Not. Gallicis h. l. scribens: *Hebr. quand ferai -- je pour ma maison? pour dire, quand travailleront - il pour lui, & pour sa famille, & non pas pour autrui? Car celle façon de parler renferme naturellement cette opposition, & il paroit par tout le discours de Jacob, que c' étoit-la effectivement sa pensée, & non pas simplement de faire quelque chose pour lui, puis qu' il l' auroit pu faire sans sortir de chez son bauvere.* Nec tamen melius est prior nobis oblata Ellipsis. Radix עֲשֵׂה notat *operatus est*, non solum fecit, quod forte nemo negaverit, ex Gen. XIII. 4. Num. XXXI. 18. &c. Et etiam Dativum commodi exprimere, scipiis monui. Sensus est & commodus, & simplex: *Nunc, quando operabor in domus meae commodum*, ut non simul tuum promovere tenear?

GEN. XXX. 43.

Verbis Ellipsis addunt **רַב**, h. s. *erupit Vir ille* (Jacob) *in multitudinem.* Quæris rationem? Quia v. 30. adeſt **רַב** וּוֹפֶרֶץ *erupit in multitudinem.* Sed h. l. sermo non est de Labane, quod ille eruperit, sed de eo אשר הרה לו omni quod ei erat: alias non *tertiam*, sed *primam* adhibuisset Personam. De rebus multiplicatis phrasin cum occurtere, admitto, ob l. c. & 1. Chron. IV. 35.; licet etiam fine **רַב** de rebus sermo sit, uti Hiob. I. 10. וּמִקְנָהו פֶרֶץ בָּאָרֶץ posseſſio ejus se diffudit in terra ea. It. Prov. III. 10. Quando vero de homine sermo est, **פֶרֶץ** hoc nullibi adjectum habet לְרַב; sed semper absolute adhibetur, sensu se diffundendi. Gen XXVIII. 14. Deus promittit Jacobo: וּפְרַצְתָּ יְמָה וּקְרָמָה: *versus occidentem & orientem, & diffundes te, versus septentrionem, & meridiem.* Addas **לְרַב** *in multitudinem:* alien-

A 3



ימין ושמאול Jes. LIV. 3.  
וירץ מכל בניו הפתץ Hof. X. 10. 2. Chron. XI. 23.  
na dices. Ita & Ex. I. 12. כנ יפרץ Cum vero perpetuo de personæ diffusione, quæ vel prole numerosissima, vel divitiis, vel lætitiis sit, nullibi id, quod hic addunt, adhibeat: cur huic loco inscri admireremus? 2) Suspicio hæc Ellipseos est ex radicis פַרְץ significatione, quam ei vindicant Rabbini, erupit; cum tamen commodior, ubi de multiplicatione sermo, sit diffudit se: licet erumpere etiam absolute sensum ferat, sine addito hoc. 3) Ex phrasib; si recte numeravi, solum occurrente, creberimam phraseologiam absolutam mutare velle, difficile est.

## GEN. XXXI. 31.

Quoniam פ adest: volunt & h. l. vocem cavebo subintelligere: *dixi, cavebo ne &c.* Verum quæ de simplici negatione 78 ad Gen. III. 21. XXVI. 7. 9. dixi, h. l. repetas. Sensus est pronus. Jacob Labani, interroganti, cur, se insulato, abierit, non sine affectu, respondet: *quia timui, quia dixi: nequaquam eripies a me filias tuas,* h. e. ideo hoc feci, quia timui, nam dixi, non eripies (si clam abiero) filias tuas, quod, si tibi abitum indicassest meum, forte fecisses. Quamvis enim Jacob hæc verba secum modo, & non præsente Labane dixerit; poterat tamen ita loqui secum, quasi præsentem alloqueretur: quod & Ellipseos patroni admittent:

## GEN. XXXIII. 10.

Israël ex Mesopotamia rediens, cum Fratre Esavo Elliptice quoque locutus, dicitur, cum נִאֵל sensum fundere creditur: *ne quæso recuses.* Et hoc quidem, quia sequens וּלְקֹחֶת hoc indicet. Sed nulla est sequela: in sequenti dicitur, *sumas:* ergo in præcedentibus adesse debet, *ne recuses.* Res mihi quidem difficultate caret. Dixit v. præc. Esau: Mi frater, sit (maneatque) tibi (f. tuum), quod tuum est: subjicit Israël, id, quod his in verbis dixerat Esau, deprecaturus: *ne quæso* (ita scil. ut jam dixisti, sit), *si gratiam inveni in oculis suis, וּלְקֹחֶת sumas &c.*

GEN.



## GEN. XXXIII. 15.

Iterum hic in membro priori vox *constituum*, indicare debet, quod in membro sequenti Ellipsis sit, hunc ferens sensum: *gratiam inveniam in oculis domini, ne constituat quenquam*. Sed etiam hoc sine caussa. Simpliciter longe melius h. m. accipimus: *Cur hoc? Quid opus est? inveniam gratiam in oculis Domini mei*: tu me, sine dubio, non laedes, apud te me gratiam inventurum credo; aliud vero quid non timeo.

## GEN. XXXIV. 5.

Vix dignum hoc est dubium, ut annotem. Volunt, ut suppleam vocem SICHEM: *quod vitiari eam Sichem*. Sed in toto contextu de Sichemi hoc factio agitur; & in *v. preced.* expresse nominatur. Quis requireret, ut Subiectum, de quo sermo est, in omnibus nominetur versibus?

## GEN. XXXV. 20.

Cippum sepulchro Rachelis ab Israële impositum, statuam sepulchri Rachelis appellatam esse, & quidem עַד הַיּוֹם textus docet. Ellipseos vero amatores dicunt, deesse, *הַזֹּה usque ad hunc diem*. Sed cum idem modus loquendi etiam sine *הַזֹּה* occurrat *Gen. XIX. 37. 38. Ezech. XX. 31. &c.* nulla est necessitas, quæ Ellipsis hanc inferat. Nam cum alibi integræ legitur; id tamen Emphatice fieri, quilibet fatebitur, qui observat, hoc *הַזֹּה* verti debere, *usque ad hunc diem, hunc ipsum*.

## GEN. XXXVIII. II.

Ellipsis ב in voce כִּירְצָן agnoscunt, quando Israëlis filius, Juda, nurum suam Tamareim jubet כִּירְצָן幔 in domo patris tui vidua. Verum, nec hæc phrasis, ubi sine ב Objectum inhabitatum sibi jungit, inusitata est S. scripturæ, sed nimis crebro occurrit, ut tot Ellipses, Diætoria quasi autoritate, inde effingere possimus. Non solum h. l. bis recurrat, וְתַשְׁבֵּ בֵּית אֲבִיה & שְׁבֵּי בֵּית אֲבִיךְ; sed &

וּשְׁבָתֵּחַ פֶּתַח הַאֲחָלָה sedens erat in porta tentorii, XXV. 26. יֹשֵׁב remanens in tentoriis, si domi manebat. 2. Sam. VI. 10. וּשְׁבָתֵּחַ אָוֹת עַבְרָה אֹוֹת mansu arca Domomini in domo Obed-Edom. Ezech. XXXV. 9. מִשְׁבֵּת עַקְרָבָת הַבָּיוֹת עַרְיוֹן לְאַת תְּשִׁבְנָה faciens ut sterilis inhabitet domum. Jobi XV. 28. בְּתוּתָם לִם וְשָׁבוּ non inhabitabunt domos. 2. Chron. XXVI. 21. וּשְׁבָתֵּחַ בֵּית הַחֲפִשָּׂת & habitavit in domo libertatis. Nonne longe satius est, ex his exemplis peculiare loquendi genus constituere, quam defestum in S. textu agnoscere: maxime cum & alia Verba quietis eandem habeant constructionem sine ב, e. gr. Exod. XXXIII. 9. וְעַמְּרָה יִצְבֶּחֶת Exod. XXXIII. 5. וְעַמְּרָה &c. Imo Verbum קָרָא quando immotum legentis actum, stationis aut sessionis, connotat, e. gr. Jer. XXXVI. 10. Baruch legit in libro verba Jeremiæ, in Domini domo, & quidem in atrio superiori בֵּית יְהוָה in ostio portæ domus Domini novæ. Cui vero hæc non sunt ad palatum: is alia via, forte sibi faciliti vifa, Ellipsis evitare potest. Dicat enim, Verbum יִשְׁבֶּת dubiis in locis adhiberi pro composito, insidere: res est confecta.

## GEN. XXXVIII. 14.

Quoniam v. 15. dicitur Tamarem texisse faciem, & h. l. Ellipsis פָּנוּם בְּצֻעִיף credunt, ut plena phrasis fiat, & texit faciem velo. Sed non satis se occulisset, solam si faciem, texisset, cum lineamentis corporis, statura, manibusque facile dignosci potuisset. Totam potius se, quam studiosissime potuit, obnubebat, ne fraus patescat. Absit igitur Ellipsis. זְתַכֵּס בְּצֻעִיף Quoniam hæc tria per Accentus cohærent verba: Et texit peplo, scilicet se ipsam texit; vel, & quidem seipsam texit.

## GEN. XXXVIII. 25.

Vox Ellipsis טְבֻעָת חֹותָת require videtur, ut fiat:



*annulus sigillatorius.* Non inoyeor. Nam חותמתה esse Participium Benoni Foem. Generis, in confessio est. Foemininum pariter Neutrum exprimere, vel tyrones norunt. Ob signatorium habemus, sine connotatione, annulusne, an aliud fuerit, quo ob signarit.

## GEN. XXXVIII. 28.

Quamvis in Tamare parturiente deprehensi fuerint gemelli; Ellipsis tamen defectum vocis יָלֵד causatur, ut sensus plenus sit: & extendit infans manum. Sed qui observat 1), quod Masculinum יִתְנַצֵּחַ nec ad pueroram, nec ad aliam foemellam referri queat, & 2) in v. præc. gemellorum mentio, præterea 3) ipse ille, qui manum ex utero extendit, primum proditurus dicatur: is Ellipsi carere poterit, cum contextus prodat, de altero ex gemellis sermonem esse.

## GEN. XXXIX. 4.

Probabile, prima fronte, hoc videtur pro asserenda Ellipsi argumentum, quod nempe relativum אשר suppleri debet. Occurrit enim ea ipsa phrasis, sed addito אשר, versu sequente: כל אשר יש לו omne quod ei erat; cum tamen nostro in versu tantum existet כל לו. Novum etiam dubio huic robur accrescere videtur, quia textus Samaritanus ple ne hæc eloquitur זל עץ אֲשֶׁר פָּנָא, ut v. seq. Succenturiatur TARGVM, vertens: וְכֹל רָאָת לְיהָ & omne quod erat ei. Taceo plures. Sed nondum apodicticum est pro Ellipsi argumentum. Vertere enim licet: *constituit eum super domum suam, nempe ut omne is* (Joseph, in sua potestate scilicet) *habeat, dedit in manum ejus* h. e. tantum ei dedit juris, ut omne possideat administrandum, tanquam suum esset. Nec obstat, quod in seq. versu אשר adsit. Ibi enim necessario hoc אשׁר requiritur, cum h. l. non item. Imo tautologici quid in altera illa, per Ellipsin expositione latet. Nam idem est: *constituit eum super domum suam, &, omne quod ei erat dedit in manum*

*manum ejus.* In nostra vero expositione, vel ταυτολογίας suspicio exulat.

## GEN. XXXIX. 14.

Verbis **הַבִּיא לְנוּ אִישׁ עֲבֹרִי** אַרְיֵן, alii Ellipsin *dominus*, alii vero, **בָּעֵל**, *maritus meus*, addunt; sed vero intempestive. Quis callidam hanc foemellam, quæ hæc profert, adeo absurdam crederet, ut, suspicione adulterii se liberatura, maritum his laceffivisset verbis, ipsique imputasset, ideo eum hunc emissum servum peregrinum, ut is uxorem seducat, maritoque caussam justam afferat, uxorem expellere quo posset? Anne his maritum in se concitasse, ut uxori hæc afferenti non potius, quam servo crederet? Longe itaque convenientius est, dicere, astutam foeminam culpam in eos conjecisse mercatores, qui hunc marito attulerunt. Hoc vero sensu impersonaliter, ut dicunt, verti vult: adduxit nobis, *man hat uns gebracht / mihi nempe & marito, nil tale cogitantibus.*

## GEN. XLI. 12.

Ellipsin **לִ** in voce **אִישׁ** se invenisse, quidam censem, h. m. **לְאִשׁ כְּחָלוֹמוֹ בְּהָרָ** *cuique secundum somnum suum, est interpretatus.* Meam etiam tunc dicerem hanc sententiam, si diceretur **אִישׁ כְּחָלוֹמוֹ אָמַר** *viro secundum insomnium suum dixit.* Jam vero ei subscribere nequeo. Hac enim ratione, Ellipsi **תָּשָׁ** **לִ** admissa, venient alii, & postulabunt, ut etiam secundam admittamus Ellipsin, nempe Objecti, quid cuilibet interpretatus fuerit, secundum illud insomnium, fata nempe futura. Resistit quoque Accentuatio, conjungens, cum ex adversa opinione **אִישׁ** distingvi debuisset. Objectum autem quod est interpretatus est **אִישׁ**, quilibet ex illis duobus, quem, quod ad fata futura consideratum, est interpretatus, secundum insomnium ejus, prædicendo, qualis sit futurus.

GEN.



GEN. XLI. 13.

B. GLASSIUS vocem *Pharao* hic omissam credit, quia convenientius sit, Ellipsis addere, quam hæc de Josepho exponere, quod is prophetice prædicendo alterum restituerit, h. e. restituendum prædixerit, alterum suspenderit, s. suspendendum esse, prænunciarit. Sed ultimum potius, quam Ellipsis, eligetur, quia 1) Ellipsis, quæ evitari potest, ipso GLASSIO judice, evitanda est, 2) periculum ex Ellipsisbus oriundum, declinari debet, 3) pincerna ipsum alloquitur Regem, ubi vel secundam adhibuissest personam et תִּלְתָּה השׁבּוֹת; vel, si etiam admitti posset, tertiam adhibuisse eundem personam, non tamen dixisset: *Pharao me restituit*, sed *Dominus meus Rex restituit servum suum*. 4) Rex non ignorabat, quid cum pincerna, quid cum pistore fuerit actum, ut hæc recensendi ulla fuisset necessitas. Hoc potius Rex scire avebat, quid prædixerit alterutri Josephus. Hoc itaque his recenset pincerna, me Joseph, vera prædicendo, uti jam eventus id probavit, in vaticinio suo restituit, illum suspendit. 4) In scriptis Prophetarum hoc usitatissimum, ut Propheta dicatur egisse, vel acturus, quod solum prædixit. Jesaias e. gr. excæcavit Judæos c. VI. 10. Seraja adducit Babylonie interitum *Jer. LI. 64. &c.*

GEN. XLI. 16.

CH. CLERICVS b. l. Ellipsis in interrogativi credit: *An si ne Deo faustum responsum edetur Pharaoni?* Sed eleganter hoc refutavit B. I. FRANCK. in præf. Diacrit. S. p. 13. sqq. Conf. & Cl. DACHSELII Bibl. Acc. P. I. p. 210. sq. Sensus affectuosus est: *Ab sine me! Deus respondebit pacem Pharaonis*, s. id, quod Pharaoni felicitatem affert, ut fere & TARGVM: לא non est hoc ex mea sapientia, & R. A.B. ESRA: בְּלֹעֲדֵי חַכְמִי הָוְאֵת הַפְּתָר וְהַוְתָּא אֱלֹהִים

*est præter me interpres, & is est Deus.* Sensum egregie expressit B. LUTHERVS in *Glossa margin.* & *Comm. in b. l. Conf. & Seleda m. S. P. II. p. 73.*

B 2

GEN.



Sunt, qui in verbis וַיּוֹפְתַח יוֹסֵף כָּל אֲשֶׁר בָּהֶם & aperuit Joseph omne quod in eis, Ellipsis, maximam illam quidem, querunt, supplentes האוצרות in horreis. Sed insolentissima est Ellipsis, quae aliam, æque periculosam secum fert figuram, Pleonasym. Nam singamus, hæc exstare: וַיּוֹפְתַח יוֹסֵף כָּל אֲשֶׁר בָּהֶם האוצרות in his thesauris: anne superfluum est? Anne & tertia adhuc figura, nova Ellipsis ב, in voce אֲוֹצָרוֹת, requireretur? Absit, hoc sequareis! Nec multo hic feliores sunt JUNIUS & COCCEIUS in Notis prioribus in Gen. p. 27. ita vocem supplentes: ארץ כָּל מִקְמוֹת אֲשֶׁר בָּהֶם omnia loca in quibus comeatus erat. Nam 1) duplex est Ellipsis vacua: loca & comeatus. 2) Si debet esse in quibus, expresse exstare, ni fallor, debuisset אשר לְחֵם בָּהֶם, vel אשר שְׁבָחֵם 3) כָּל ita per Makkeph conjungi haud deberet, sed per Acc. distinctivum separari ab אשר. Exponamus simpliciter: Et aperuit Joseph omne illud, quod erat inter eos, & vendidit Aegyptius, h. e. in singulis civitatibus aperuit, quod ibi aderat, non in uno modo loco frumentum vendidit, sed ne itineribus defatigentur, ubicunque, quicquid reconditum inter eos erat, venale exposuit.

Inferunt post vocem quidem קשורת post vocem quidem respondebat dura verba. Sed quid aliud respondemus quam Verba? Nonne satius est, S. scripturæ ad dictum, hæc Neutraliter vertere? Similia exempla sæpe prostant. Conf. Gen. XLII. 30. רְבָר אֲתָנוּ קשורת 2. Reg. XXV. 28. וְזַרְכֵר אֲתָנוּ טוֹמְרָת Jer. XII. 6. LII. 52. &c.

Creberrime occurrens formula נ אֲרוֹנִי Ellipsis requiri videtur. Sed 1) Ellipsis hic solum foret emphatica, cum phrasis summum æstuantis desiderii, ut quis attendat,

affe-

affectum exhibeat. 2) Est formula idiotistica, ex aliis linguis non aestimanda. 3) Ellipsi plane caremus, si afferimus, idiotistica per Verbum substantivum exponi debere: *Mi Domine, sis in me, scilicet ad me*, h. e. meum contemplaris sermonem, aut ad me attendas.

## GEN. XLIII. 30.

**וַיְבָקַשׁ לִבְכוֹת** dicitur Ellipsis מִקּוֹם includere, *quærebatur* locum flendi. Verum simpliciter est, *quærebat fovere*, scilicet fovere libere possit. Duo vero Verba apud Hebreos intercedente **לְ** conjungi, patet ex *I. Sam. XVII. 39. Jes. X. 18. &c.*

## GEN. XLIV. 4.

**הַרְחֵץ** Ellipsis *Viam* includere creditur, h. scilicet *elongarant viam*. Sed nunquam hoc sensu *Hipbil* **הַרְחֵץ** cum *via* occurrit. Semel quidem *Prov. V. 5.* legis: **הַרְחֵץ מַעֲלֵיהֶה דָּרְכָךְ** sed non est, *longum confidere iter*, sed, *removere viam suam*, scilicet aliorum discedere, ne cum scorto verseris. Cum vero, sine Objecto amovendo, adhibetur *Hiphil*, notat *longe discedere*, uti *Exod. VIII. 24. Jos. VIII. 4. Jud. XVIII. 21. &c.* Ita & h. l. abacta Ellipsis.

## GRN. XLVII. 3.

**R. S. ben Melech**, & alii cum eo, autumant, quod **מִנְחָה** debeat subintelligi: *Paster ovium est quilibet servorum tuorum*. Sed quis nescit, ex genio linguae ita distributionem indicari? Falsam vero illam Rabbinicam esse regulam, quod **אִישׁ** hoc in casu suppleri velit, patet, quoties Verbum Plurale in distributione cum Nom. singulari occurrit, ubi Ellipsis **אִישׁ** locum non habet. Exempla *Exod. I. 10. Prov. XXVIII. 1.* vel ipse *GLASSIUS* habet.

## GEN. XLVIII. 7.

Quando hic **מִפְדָּן** solitarie ponitur, ut videtur, pro **מִפְדָּן אָרֶם**, *ex Mesopotamia*, Ellipsis, cum aliqua specie, se offerat. Sed *Paddan* urbem Mesopotamiae fuisse, non solum ex Autoritate, sed & ex nomine *Tel Paddan*, vallis *Paddan*

probare nititur B. HILLERVS in Onomastico S. p. 901. sq.  
cum POCOCKIO. Ut autem verum fatear, חָרְן potius urbs  
est, in qua Laban habitavit Gen. XXXIX. 7. & Paddan est Pro-  
vincia, quæ plene quidem Paddan Aram, s. Syriae tractus Pad-  
dan dictus, appellatur, nihilominus tamen etiam Paddan so-  
litarie: quod & regionibus & urbibus saepe solet contingere,  
ut nominibus jam Regni, ad quod pertinent, nomen adda-  
tur, jam non item. Et omisit Jacob Aram, cum sciret, filium non  
appellative esse vocem accepturum, nec ignorare, e qua re-  
gione redierit Pater.

## GEN. XLIX. 4.

Duplici ex fundamento Ellipsoes dicam huic scribunt  
versui. Sunt, qui in *Abblatio* vertentes, ב subintelligere ante  
חָרְן volunt: *rapiditate non excelles*. Sed bene exponitur in  
Nomin. affectuose: *O rapiditas, sicut aqua est! non proficies, s.*  
*excelles*. Conf. P. II. Select. m. Sacr. p. 74. VITRINGAM non  
moror, qui *Obs. S. L. I. p. 167. sqq.* τὸν per saltum exponit;  
licet in eo conveniamus, quod vertit: *O saltus &c.* Alii,  
ut B. SEB. SCHMID, in ultimis verbis Ellipsin: *cum suisti,*  
*qui*, supponunt. Deserit hos Dn. DACHSELIVS in *Bibl. Accen-*  
*t. P. I. p. 220.* ob Ellipsin; & eos, qui contra ו voices  
חָלַת יִצְעַי connectunt, merito rejicit: quamvis & illi gra-  
viter errent, qui ideo, quod *Tižhchə* est Accentus Regius,  
verba ad præcedentia, contra Athnachum, referunt. Sed  
& ipse Dn. DACHSELIVS non necessariam Ellipsin, TE, pro-  
fanasti Te, addit, & affectuosam Apostrophen locum habere  
posse, cum ultra ו usque ad ו Silluci, in secunda persona  
sermo fuerit continuus, lectorem suum non docuit. Cur  
non potius נ h. l. Nominaliter sumfit? Tunc vertisset: *Pri-*  
*stinum tempus* (ubi prærogativis primogenituræ es gauisus)  
*profanasti, stratum meum adscendit* (tempus illud tuum felix, &  
ibi periit)? Cur non de materia substrata, jure primogeni-  
turæ, accepit? Sensus foret: *tunc profanasti* (illam primoge-  
nituram



nituram, de qua sermo est. Germ. da hast du es entheiligt): *Astrum meum perii.*

## GEN. XLIX. 9.

Ante vocem **צָרָ** requirunt communiter כ, *est sicut catus leonis.* Verum quis crederet, in toto hoc capite toties recurrere Ellipsin כ, quoties Isaschar asinus, Dan serpens, Naphtali cervus, Benjamin lupus appellatur? Nonne alibi in perfectioribus comparationibus nota similitudinis deest?

## GEN. XLIX. 10.

Et in *Athnachi*, & in *Silluci* ditione Ellipsis statuitur adesse. In Athnacho, phrasis: **מִבֵּן רְגִלֵּו** suppletur **מִבֵּן רְגִלֵּו** *e medio pedum egrediens.* In Silluci dominio, voci שִׁילָה additur vox שָׁנָ, *vir pacificus.* Neutro dubio adest robur, alias convincendi. Quamvis enim varii varie תַּזְעִ exponant, quod collatione multorum interpretum, e. gr. Poli, WAGENSEILI *Tel. Satan.* p. 264. sqq. Cl. KÖPPENII *disp. in h. l.* & quorum memini in *Tom. II. Medit. Privat.* p. 29. sq. patet; simplicius tamen sine Ellipsi exponitur, ut l. c. ostendi. Longe vero minor est veri species in eo, quod ex שִׁילָה *tranquillatare, איש שִׁילָה virum tranquillitatem facere debet.* Imo potius credo, si איש שִׁילָה legeretur, fore, qui *Pleonasmum* dicerent.

## GEN. XLIX. 22.

In intriciori locutione בֶן פּוֹרָת Ellipsis latere, quorundam est opinio, vertentium: *filius fructiferae vitis.* Sed supponendo, quod בְּרַת sit *fructifera:* an ideo a Genere ad determinatam Speciem, a quolibet fructifero ad vitam, colligemus? Absit! Absit tamen & cum Cl. DACHSELIO *b. l.* asserere, quod בְּרַת sit *Stat. Conslr.* ubi בְּרַת cum Patach esset.

## GEN. L. 20.

En iterum duplēm Ellipsis in uno loco! Neutra tamen firma nititur talo. Altera verbis, *vos cogitabatis de me*

istd

me רשות, addunt Ellipsis rem, h. s. rem malam. Sed causa jam scipiis dicta est, quod Neutrum sit, quod & h. l. longe plus involvit, malum in genere, quam rem aliquam malam alicui inferre velle. Altera Ellipsis ad לטוּבָה pariter rem cogitat; cum tamen hic gratiosa Dei directio omnium cogitationum malarum contra Josephum, in bonum finem, exprimitur. Ex quo satis constat, quod phrasis hæc אלהים השׁבֵת לטוּבָה non debeat confundi cum imputatione ad justitiam Gen. XV. 6. quod cuidam excidit.

## EXOD. I. 2.

Levis sane est hæc Ellipsoes accusatio, quod inter nomina filiorum Jacobi non semper occurrat. Nam satis occurrit, ut vel duo vel tria nomina elegantissime per deprehendantur connexa. Quid desideraretur?

## EXOD. II. 2.

Inconsiderate hoc loco voci טוב subditur מראות pulcher adspectu. Spiritus enim S. Galiter hoc טוב exponit Ad. VII. 20. Hic docet, vocem טוב notare gratum, uti Gen. XX. 15. 1. Sam. II. 26. Est. V. 8. &c. & quidem, quod Deo acceptus fuerit: ἦν αἰεῖσον τῷ Θεῷ. Hoc itaque Parentes Mosis, uno alteroque indicio, nisi expressa quadam revelatione, admoniti, cernentes, in singularissima Dei providentia filiolum suum esse, in eo & conservando, & solius Dei curæ tandem committendo, fiduciam sumferunt majorem. Non ignoro BRAVNIVM Comm. in Hebr. p. 770. CLERICVM in h. l. aliosque, de pulchritudine corporis exponere, sed gratis, quod vel CLERICI argumenta exigua probant. Figmenta vero F. L. JOSEPHI antiq. L. 2. c. 5. p. m. 58. aliorumque recentiorum Judæorum fabellas de mira Mosis pulchritudine, nil moror.

## EXOD. IV. 19.

Absque causa ipsi Deo loquenti tribuitur Ellipsis אל ad, in vocibus שְׁבַת מצוֹרִים. Sed immemor idiotismi Hebræi

braei fuit, qui hoc dixit, quod *Verba motus ad locum creberri-*  
*me, cum Nomine loci, haud raro etiam cum appellativis,*  
*nulla interveniente Particula, aut ה locali, construantur.*  
*Quo observato, quilibet vertit: redi in Agyptum.* Notes  
*quædam exempla Verbi שׁוב 2. Sam. XX. 22.* יְוָאָב שָׁב וּרְוִשְׁלִים rever-  
*Joab revertebatur Hierosolymam. 2. Reg. II. 25.* שָׁב שְׁמֹרֶן reversus est Samariam. Jos. XIX. 26. שָׁב מַוְתָּח הַשְׁמָשׁ reversus est  
*ad ortum solis. Ezech. XLVI. 9.* לֵאָה יְשֻׁב דֶּרֶךְ הַשְׂעָר 2. Reg.  
*XXIII. 20.* יְשֻׁב שְׁמֹרֶן Jos. &c. Ita Verbum יְלָר Gen. XXVIII. 2. וַיְשֻׁבוּ המְחַנָּה  
*לְרַקְעָן וַיְכַוֵּן וַיְעַר בָּרָן אֶרְזָן &c. Verbū בָּזָן 1. Sam. XXII. 5.*

## EXOD. VI. 3.

In loco hoc, qui Criticis semper obscurus est visus,  
*Ellipsisn alii תְּזַהַּר interrogativi, alii תְּזַהַּר בָּה, nobis offerunt. Placet*  
*תְּזַהַּר interrogativum B. QVENSTEDIO in System. Theol. P. I. p. m.*  
*269. b. B. S. SCHMIDIO b. l. aliisque, ut sensus evadat: & an-*  
*non nomine meo Jehovah ipsis notus sum redditus.* Effugiunt quidem  
*h. m. dubium, quod Criticos urget, quomodo dici possit,*  
*quod Deus Abraham, Isaaco & Jacobo non notum reddi-*  
*derit nomen suum Jehovah, quod tamen ipsi non ignorarunt,*  
*uti ex Gen. XV. 2. XVI. 2. &c. patet. Sed aliud fibi dubium*  
*duplex creant: α) cur itaque h. l. expresse sibi nomina שְׁרֵי &*  
*יהוָה opponantur, & per prius se Deus manifestasse, dicatur:*  
*β) quale sit argumentum Dei, apparui illis ut שְׁרֵי & omnino*  
*ut יהוָה notus ei factus sum. Taceo, quod concessa licentia,*  
*in loco obscuriori subintelligendi ה interrog. e contradic托-*  
*ria contradictoriam facere, hostibus veritatis largiantur, qui-*  
*bis tunc nil respondere forte poterunt, quam ut onus pro-*  
*bandi, adesse hoc vel illo loco Ellipsis� interrog. rejiciemus,*  
*donec probatum fuerit, adesse h. l. Ellipsis� eam. בָּה elliptice*

C

mul-

multi subintelligunt, e quibus Cl. CLERICVS in b. l. scribit:  
**בְּשָׁמֵי** est pro in nomine meo, nec quicquam est ב Ellipsi frequentius. Absit, credas! Omnes illi, qui ב supplent, vel admittent, Hebraice Ablativum exprimi etiam sine Præfixo ב; vel non admittent hoc assertum. Qui admittunt: probare tenentur, quod h. l. id non valeat, sed aliena potius Ellipsis in subsidium advocanda sit. Qui vero observationem illam de Ablativo non admittunt: illis monitor sum, ut pie secum perpendant, anne S. Scripturæ, anne hoc pietati debeant, ut Ellipsis modum S. S. loquendi familiarem præferant. Modus ille, etiam a B. GLASSIO jam probatus, est, quod verba quædam instar integri membra accipi debeant. Encommodo fluunt verba: & quod ad nomen meum Jehova attinet, non nos sum eis redditus. Nulla hic Ellipsis est, & tamen sensus conveniens, quod Deus ipso actu se nondum ipsis exhibuerit, tanquam יהוה, qui promissiones, de danda maxime terra, tunc nondum ipso actu præstiterat, ut fidum in promisso hoc, inde ipso actu videant. Vid. B. CALOVII Bibl. Illustr. b. l. p. 344. COCCETI Obs. in b. l. T. I. OO. p. m. 104. VARENII Dec. Mos. b. l. AVG. PFEIFFERI Dub. Vex. p. m. 215. sq. AMENITATES Bibl. T. II. p. 102. sq. CLERICVS etiam in b. l. huc fere inclinat; sed, quæ hac occasione, de nomine יהוה commentatur, non satis firma sunt, notare nempe illud idem, ac si esset 3. Fut. Hiphil, בְּהַנֶּה, vel Piel יְהֹוָה, facies ut sit, sc. yevos ispyng. Nec tamen cum HILLERO, & qui eum sequuntur, להם ad Israelitas referrem, quia in præcedentibus eorum mentio non fit, sed deinde modo in sequentibus.

Exod. VI. 25.

Quoniam v. רַאשֵׁי בָּתָת אֲבוֹת nominantur; sed h. l. solummodo רַאשֵׁי אֲבוֹת capita Patrum, Ellipsis interserere, quam in simplicitate manere, malunt. Sed alia hic



hic, & alia v. 14. est ratio. Hic non capita singulas familias dirigentia recensentur, sed qui, inter antiquissimos, Levitici Patres præcipui fuerint. Non fingo hæc. Moses & Aaron, fratres, Aaron, Eleasar & Pinchas, avus, Pater & filius, diversarum familiarum capita dirigentia non dicentur. Ad differentiam itaque directorum familiarum, **ראשי אבות**, non vero **ראשי בורות אבות** appellantur.

## EXOD. VIII. 8.

Ultima hujus versus verba aliquid Elliptici habere vindentur iis, qui addentes, hunc faciunt textum **אשר שם מושע לפרעון**. Sed sine veri specie, cum textus h. m. interpolatus, non commodum fundat sensum: *qui posuit tempus statutum Pharaoni.* Quis antea tempus terminarat? Pharaone? Ita est. Re vera & hæc expositio contra Accentus est. *Tiphcha* enim plus distingvit quam *Sakeph*: *Et clamavit Moses ad Deum ob verbū de ranis: qui (Moses) tempus etiam statutum posuit Pharaoni.* Rectius, omissa Ellipsis, relativum **אשר** ad **רבר** referimus: & Accentuatio ex asse quadrat: *Et clamavit Moses ad Dominum (׃) propter verbum de ranis, (׃) quod (verbū) posuit (& compromittendo pollicitus est ac determinavit) Pharaoni.* Nil est, quod remorari te posset, nisi forte **רבר הצפראש** versum, *verbum de ranis*. Sed bene scies, quod *Genitivus Objecti* non raro occurrat, qualia exempla vel B. GLASSIUS Gr. S. tr. 1. c. 30. m. 6. habet.

## EXOD. VIII. 22.

Ellipsis **תְּהִלָּה** **הַ** **הַ** *interrogativi* voci **לֹא** addunt, ut **הַלֹּא** fiat hoc sensu: *annon nos lapidabunt?* Huic versioni Judæi eo confidentius subscribunt, quod eam jam TARGUMISTA textui infarsit: **הַלֹּא יִמְרֹן לְמַגְמָנָה**. Christianis vero etiam interpretibus non paucis, se Ellipsis ob facilitatem sensus probavit, vel, quod actu **הַ** interrogativum Ellipticum

C 2

dicunt;



dicunt; vel quia interrogaciones in textu Hebræo, pro interpretis industria, statui posse, inconsiderate paullisper, dicitant. Nec tamen omnibus Ellipsis se probavit. Non Græci interpretis, cujus versionem LXX. viralem dicunt, jam urgebo autoritatem, qui ex ingenio expressit: ἐαν γάρ θύσωμεν τὰ βιβελύγματα τῶν Αγύπτων ἐνώπιον αὐτῶν, λιθοβοληθησόμεθα. Clarius, sine Ellipsi, non solum textus SAMARITANVS, qui cum nobis convenit, sed & SYRIACA & SAMARITANA versio. Illa quidem sine **interr.** & sine **g:** **לְמַעַן לִפְנֵי** *lapidabunt nos.* Hæc vero: **אַתָּה אֶתְתָּ אֹתָהּ עַל-פָּנָיכֶם אֲלֵיכֶם.** *en nos sacrificabimus abominationes eorum coram ipsis, & ipsi nos non lapidabunt.* Attendas tantum, quod Moses h.l. Regi ostendere velit, hæc esse ασύστατα, sacrificari abominationes populi & tamen non lapidari. Totidem hoc exprimit verbis: **לֹא זָכָן לְעֹשָׂות כֵּן** *ineptum est ita agere.* Hoc ut Regi demonstret, profert, quæ simul confistere non posse, ipse Rex facile sit judicaturus: En nos sacrificabimus abominationes Ægyptiorum, ipsis videntibus, Domino Deo nostro; & tamen ipsi non lapidabunt nos: hec adeo sunt absurdia, vult dicere, ut vel dictu improbabilia sint: Quis adeo continentem Ægypti sibi conciperet populum, ut nos non lapidaret? & quis nostrum tanto se exponeret periculo?

## EXOD. VIII. 24.

*Viae* Ellipsis in **תְּרוּחִין** statuunt aliqui. Sed præter ea, quæ ad Gen. XLIV. 4. jam dixi, tantum notes, Ellipsis hic locum non habere, cum *Infinius* Nominascens **לְבָרֶת** vel ipsis dissentientibus plenam exhibeat phrasin.

## EXOD. IX. 28.

Promittit Moses Regi, fore ut *tonitrua* cessent. Non cef-

cessat autem Ellipsis se ingerere, quasi h. l. legi deberet  
**קָלֹוֶת אֱלֹהִים** *voces Dei*, h. e. *tonitrua*. Non probatur  
 hoc inde, quia David vocem Dei tonitru appellat; nec quod ad-  
 jectio nominum Dei significatum alias auget. Nam hæc in  
 subsidium tum demum vocaremus, si tota phrasis in textu  
 compareret. Nunquam in S. codice invenio phrasin  
**קָלֹוֶת אֱלֹהִים**, nisi *versu præcedente*, ubi Pharao ita lo-  
 quitur, sibi vel imaginatus, Deum Israëlitarum hanc emit-  
 tere vocem; vel addendo **אֱלֹהִים** ad vehementiam toni-  
 truum designandam. Si prius credis, in errorem vulgi in-  
 cedit, quem modum loquendi S. Scripturæ, ubi non ipse er-  
 ronee loquens introducit, non convenire, recte defendi-  
 tur. Si posterius credis: nulla est consequentia, ad magni-  
 tudinem tonitruum exprimendam semel additur nomen  
 Dei, igitur ubicunque addi debet. **קָלוֹת** vero absolute *toni-*  
*trua* exprimere, in propatulo est.

## EXOD. XII. 4.

In ipso mandato divino, quo jura Paschatos & ritus  
 decernit, Ellipsis **שְׁנָה pecudis**, se invenisse, non nulli op-  
 pianuntur, h. m. *tunc sumat* (pecudem scilicet) & *ipse & vicinus*  
*eius &c.* Sed urgens Ellipsis necessitas adeo est nulla, ut  
 potius ei non unum obstat. Si Elliptica illa expositio va-  
 leret, commodissime Verbum **ולקח Rbhia** & **חוּזֵת** servum  
**Tibbîr** requireret, quia una persona agens cum Verbo  
 jungi, & altera, quam simul eodem modo Verbum conti-  
 net, divelli non debuisset. Probo itaque *versionem Gallicam*,  
 & Cl. CLERICI, imo quotquot idem probant: *Tunc assumat*  
*ea domus etiam vicinum suum, propinquum domui eius, s. qui*  
*maxime propinquus ei habitat &c.* Hoc modo Objectum as-  
 sumendum expressum adest, non pecus, sed proximus vi-  
 cinus cum exigua sua familia. Ellipsi itaque carebimus.

C 3

Qua

Qua etiam carere posses, etiamsi a nostra abhorrees expositione; si modo genium Hebrææ lingvæ cogitares, quod hic, quando de substrata materia sermo continuatur, Objetum aliquando non exprimatur, e. gr. *Gen. III. 5.* וְתַהַן גָּדֵל לְאַשְׁר *Gen. IX. 21.* וְגֹדֵל &c. Prior vero expositio longe huic loco est convenientior, ob sequentia, *pro numero animarum*, quæ hominum vicinæ familiæ accessionem ad vicinam familiam indicant.

## EXOD. XIII. 15.

Per Ellipsin & hunc locum exponendum, censet B. GLASSIVS, *bestiæ* vocabulum inferens, hac ratione: *macto Domino, ex omni bestia, aperiente vulvam, masculum.* Unde hoc? quia statim filii meminit. Sed argumentum pro me est. Ellipsis abesse potest, quia filii statim sit peculiariter mentio, ut sic præcedentia nostra, non nisi de bestia accipi queant. Et adhæc de omni exponere bestia, alia loca parallela vetant, & versus præcedentes. Cum itaque utraque pars, & Ellipsis agnoscens, & eam aversata, in hoc convenienter, priora verba, cum debitiss limitationibus esse accipienda, de animalibus non feris, sed domesticis, & quæ in patris familias sunt potestate, & ex his quidem etiam de illis, quæ legitime offerri Deo possint: facile vincet nostra sententia. Sive enim quis prohibitionem, de non offerendo primogenito asini, de solo asino exponat; sive similiter primogenitos e. gr. equi, felis, includi (uti canis implicite sit mentio), alius contendat, qua de re quædam dixi *in schediasmate de filio primogenito intra mensem denato p. 3;* ob exceptionem tamen filii primogeniti, & dextre limitatum כָּבֵד, omne, quod rumpit prima vice uterum, non aliter hæc accipies, quam quod non de omni bestia in nostris verbis sit sermo, sed de omni, quod filius patrem interrogans videt patrem Deo offerre. Qua ratione & h. l. Ellipsis est ablata.

EXOD.



## EXOD. XIII. 17.

Ellipsis Verbi, *cavebo*, quam iterum iterumque jam supra habuimus, hic iterato nobis offert B. GLASSIVS, quo sensus hic evadat plenus: *Nam dixit Deus, CAVEBO, ne populum poeniteat, cum viderint &c.* Quae ad Gen. III. 21. XXVI. 7. 9. &c. de **¶** dixi, & hic eatenus habent locum, quatenus Particulæ **¶** significatum simpliciter negativum vindicant, eamque hoc, contra eam concepto, præjudicio liberant, quasi *cavere* vel simile quid præcedere deberet. Addo, quod, non ex exemplis aliis, sed ingenii potius ita opinatorum, hæc Ellipsoes suspicio fuerit subnata. Nostro sane in loco, simplex negandi significatus, optime locum habet, si cum CLERICO in h. l. T. II. in Penit. p. 61. a. afferis, Deum hæc verba non secum cogitasse, sed ad Mosen dixisse. Est enim hac ratione mandatum Dei, ut omni, quo possit, modo Moses prohibeat, ne populus poenitentia, se Ægypto exiisse, duatur. Hinc versio: *Deus enim dixit (ad Mosen): absit, populum poeniteat, si viderint bellum &c.* Si vero de interno sermone, cogitatione divina, hæc accipis; decretum divinum exprimitur, quod decreverit: ne poeniteat populum. Vel Deum quasi in ipso ductu populi tibi exhibebis, qui, ubi eos via ad mare dederit, secum quasi dicit: *ne poeniteat &c.* Nulla ex his viis, Ellipsis evitandi, absurdâ est; prima tamen apud me primas tenet.

## EXOD. XVIII. 22.

Iethro ad Israëlitas jam primum accedens, Ellipsis tamen, quasi etiam sibi suæque familiæ usitatam, secum afferit. Nulli dubitant CLERICVS & alii, verba: *leva ne sit super te*, adjecta voce, *onere*, supplere. Nec species deest, quia novelli judices portare cum ipso debent. Sed præter speciem nil est. 1) Nullus occurrit locus, ubi *onus* cum קְלָל in *Hiphil*, sensu *levandi*, construatur: licet עֲבֹרֵת & עַל adsit. Cur

Cur igitur hic Ellipsis efformaremus, nullibi occurrentem?  
 2) Etiam alibi, uti *Jon. I. 5.* 2. *Chron. X. 20.* **להקל מעלה** eadem cum nostra phraseologia, sine Ellipsis, adest. Quid prohiberet & hinc auferre Ellipsis? 3) Ubi, dicto modo, haec phrasis recurrit, notat *levando demere* tantum aliquid, ex eo, quod sustinetur. Ita Jonae socii, quædam in mare conjiciunt, ut levando tollant **מעלה** aliquid ex eo quod est super eis. Israelitæ non omnem servitatem, vel jugum omne, sed **מן aliquid** modo ex eo, quod ferre & præstare cogebantur, auferri petunt. Ita sc̄epe **מן aliquid** ex toto demere, in *Comm. ad Cant. I. p. 28.* docui. Ita & hoc loco: *levando tolle aliquid ejus, quod est super te, ut ferrari tecum.* Nolo jam a scopo dilabi. Nolo late disquirere, an h. l. S. Synedrium institutum, semperque deinde durarit. Nolo, quæ alias circa haec notari possunt, afferre, de quibus varia leges in D. D. LUDOVICI *dissertation. Doctorali de Spiritu Mosis in LXX. seniores posito.* Afferam tantum, quod R. LEVI B. GERSCHOM in rariori *Comment. in Legem b. l. fol. 72. col. 2.* sc̄epius illam præf̄in **הקל מעליך** repeatat, sed nunquam Ellipsis explendam censuerit. Introducit Jethronem miratum: **מروع לא שם משה שפטים אחרים על העם להקל מעליו**, cur Moses non constituerit alios judices super populum, ad levandum se, & varias rationes subdit. Huic Moses respondit: הנה לא אוכל לשם על העם מ' שיקל מעלי זהה כי כבר יבוא אל העם בהכרח לרעת בנכואת מה ישאלו ממי והנה וזה להרוש בטעם ותלך לרורש את יי' ובלי ספק אין בעם מ' שיקל מעלי בזוז והנה כענין הרינוי אשר בינויהם לא אוכל גם כן *i. e. en non possum ponere super populum, qui levet me, & hoc ideo, quod populo necessitas instat, aut scientiam per prophetiam querat, ut querit ex me; & ea modo erit qui dicetas & queras Dominum, tum non esset in populo, qui me levare posset. Nec respectu judiciorum, quæ ipsi sunt, possum proponere aliquem, qui me levet &c.* En nil Ellipsoes credit.

D

**ULB Halle**  
000 884 111

3/1



